

ulterius appellare non licet, ut poitea bene possit, firmiter Jacob Sahagum in cap. 1. n. 78. de sequestr. poss. & fructuum. Anton. Gomez in l. 45. Tauri num. fin. ad fin. Covarr. in pract. quest. cap. 23. n. 7. quos referens sequitur Felician. de censib. lib. 3. cap. 1. n. 1. ante fin. quod quidem modo non examinum, sed vide leges Regias quibus fundantur, & secundum eorum terminos Doctores intelligi, verum tamen est, quod in illis judiciis summarissimis, de quibus supra & rem. l. fin. C. de edict. divi. appellatio non suspendit, ut quotidie vulgo videmus, & idem in Salviano, ob eius specialitates.

61 Et tandem pro comprobatione & justificatione hujus regulæ propositæ adde, quod cum à possessoris ordinariis seu plenariis appellatio non admittatur, multo minus admittenda est in judiciis illis summarissimis preparatoriorum ordinariorum possessoriorum ex officio judicis, juxta l. equissimum. ff. de usufruct. de quibus nos latè ad princ. supra, ita hanc consequentiam deducit Rolan. à Valle conf. 8. n. 34. & 35. vol. 4. ex Aleiato consil. 386. l. fin. in l. quod iustus n. 29. de re judicata. Covarr. in pract. quest. 17. n. 7. Menoch. de adisp. poss. rem. 6. n. 48. Bran. conf. 98. n. 9. Boëtius in consuet. Biturig. §. 4. de jurisd. omn. jud. Rebuff. in comment. ad Reg. constit. tom. 3. tit. de mater. poss. art. 1. §. 1. n. 23. Joseph. Ludov. decis. 20. num. 9. Beneintend. conf. 79. dub. 1. & quod nec supplicari possit, vide Covarr. ubi supra d. cap. 19. n. 4. vers. octavo. Riccius in pract. dec. 203. p. 2. per 1st.

62 Hanc tamen regulam hæcenus tot auctoritatibus, legibus, & rationibus comprobata declaratur intelligatur prohibita appellatio quoad effectum suspensivum dumtaxat, non autem quoad devolutivum, quoniam licet executio sententiæ lata in meris possessoris pro actore non retardetur per appellationem subsequendam; tamen causa devolvitur ad superiorem facta executione, ut ipse de iustitia, aut in iustitia sententiæ cognoscat, ad revocandam, vel confirmandam sententiam, non tamen potest revocare executionem ejus tanquam attentatam, quia illud non causat istam declarationem, probat omnis Doctorum caterva hæcenus à princ. hujus articuli relata, qui quidem omnes absolute (demis protnus allegandis) cum de prohibenda appellatione à possessoris hanc declarationem adiungunt, testantes de communi, & magis receptorii, quos non repeto.

63 Ultra quos hanc insuper tenent post Bart. (cujus est originalis) in l. ante sententiam sub num. 6. ff. de appellat. recip. Abb. in cap. cum ad sedem sub n. 30. de restitu. spol. Joseph. Ludovic. decis. Perus. 20. Dimin. Martiana n. 14. 15. & 18. Ruginell. tract. de appell. 2. §. cap. 3. sub n. 706. & magis communem testatur Mar. de ord. judic. 6. p. actu 2. prin. in verb. & quandoque appellatur num. 305. in fin. & 306. limit. 16. fol. 504. & de magis communi testatur etiam Scaccia lib. 1. causa. civil. & crim. cap. 97. sub n. 54. & tract. de appellat. quest. 17. limit. 6. membr. 7. num. 16. & 22. & magis receptam dicit Covarr. pract. quest. d. cap. 23. sub num. 8. vers. secunda conclusio, veriorum firmant Menoch. de adisp. rem. 4. quest. 100. num. 828. & de recuperan. rem. 9. n. 322. Afflic. dec. 269. in fin. Lancelot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 25. à n. 4. cum seqq. alios citat Contard. in repet. l. unic. in intellectu n. 2. & 3. C. si de molen. poss. (licet non sequatur) & quod sit usua recepta, testatur Marc. Anton. Cuchus tract. de molen. circ. poss. num. 422. tom. 3. part. 2. fol. 300. Marquestia. tract. de commiss. q. 2. de commiss. appell. cap. 2. num. 39. fol. 39. & iterum in secunda impressione part. 1. de commiss. in poss. Salvia. cap. 21. num. 33. fol. 236. Rebuff. tract. de sentent. executia. art. 5. §. 1. sub n. 1. & 2. tom. 1. Marc. Anton. de Amat. decis. 88. probat text. expressus in d. l. unica. C. si de molen. poss. fuer. appell. Riccius decis. 103. à princ. part. 2.

64 Quia tamen contrarium tenere, ut quoad utrumque effectum in possessoris sit appellatio prohibita, minime audiuntur, & hujus fuit author Bald. in d. l. uni-

ca, licet parum huius constans, qui contrarium tenuerat in l. 2. C. de Episcop. audien. idem quod Bal. in d. l. unica sensisse videtur Paris. conf. 108. n. 2. & cum Bal. communem dicit (& male) Decius conf. 28. n. 4. vers. non obstant allegata. lll. conf. 187. col. 5. vers. hoc sumptio lib. 2. l. mol. conf. 55. n. 5. & videtur Bal. etiam sequi Brun. conf. 98. n. 9. tenuerunt etiam Salicet. Roland. à Vall. Contard. Achill. Personal. Ozasc. Lucas Pat. Hier. Gab. & alii, quos refert Scac. d. tract. de appell. lib. 6. memb. 7. n. 19. fol. 379. & alii qui communem dicunt.

Et hanc tibi recensere volui, ut memor sis, quod ex his ea moti fuere aliqui, asseverare, quod cum à diffinitiva non admittatur appellatio in possessoris, tamen admittatur à qualibet ejus interlocutoria, quia jam est gravamen irreparabile per appellationem à diffinitiva, cum ab ea non appelleretur, quoniam si hæc Baldi, & sequacum opinio fuisset vera, scilicet, ut quoad utrumque effectum appellatio sit prohibita: probabilis redderetur horum Doctorum amplitudo, ex his, quæ supra resolvimus lib. 2. cap. 7. per totum, quod quando à sententia diffinitiva prohibita est appellatio, quoad utrumque, permittitur etiam quoad utrumque effectum à qualibet interlocutoria, & quolibet gravamine incidente, quia jam non reparatur. At fecus sit quando appellatio prohibetur quoad devolutivum tantum, quia tunc regulariter etiam esse prohibita à qualibet interlocutoria, probavi, ad cum ista Baldi opinio falsa sit, & improbat, & pro contraria sit univèrsa Doctorum observantia (prout dixi) probant omnes Doctores hæcenus ad articulum citati, non admitti potest, ad si vera foret Baldi opinio (secundum ea quæ nos supra in d. p. 2. c. 7. cui hæc adde & nota) admitteretur appellatio suspensiva à quolibet gravamine incidenti.

Sed supradicta regula hæcenus comprobata; appellationi à meris possessoris non deferendum procedere, advertas jure civili, nam jure canonico regulariter ab omni judicio possessorio, nisi appellationi emissa iudex Ecclesiasticus deferat, vim fieri declarat suprema tribunalia, quia licita est quoad utrumque effectum, devolutivum, & suspensivum, de quo habemus jura expressa, probat text. in cap. significaverunt, de testibus, & ibi notat Innocent. & communiter Doctores, probat text. in cap. cum ad sedem, de restitutione spoliato, & ibi gloss. magna in fin. & plenè Abb. n. 3. dicens communem: probat text. in cap. ex consequentia eod. tit. text. in elem. uni. de sequestr. poss. & fruct. Clem. 1. de caus. poss. & propr. & utrobique gloss. & Doctores, gloss. in cap. et qui appell. §. de poss. 2. quest. 6. ubi Archi. & communiter DD. Specul. in tit. de appell. §. in quibus vers. non appellatur. & ibi Joan. And. Bald. in l. unica. col. penult. in prin. & ibi Salicet. num. 6. dicens communem, C. si de molen. poss. Ludovic. Roma. conf. 324. in prin. Abb. conf. 55. col. 1. in volum. 2. Decius conf. 28. Paris. conf. 108. col. 3. vol. 1. Ripa in cap. sepè n. 3. de restitutione spolia. August. Berouius q. 52. an iudex sub n. 8. Alex. consil. 99. Visti processibus l. 5. Bald. consil. 366. quantum n. 4. lib. 3. Joann. Corral. in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acquir. poss. n. 26. Velt. in pract. l. 7. cap. 3. n. 2. Capell. Tholof. decis. fin. n. 2. Guid. Pap. tract. de appell. quest. 83. n. 55. Beneintend. decis. 79. n. 1. Marant. in speculo judic. 6. part. iii. de appellat. num. 295. Lancelot. Robert. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 28. num. 18. Cesar. Contard. in repet. l. unica. C. si de molen. poss. fuer. appellat. limit. 3. num. 2. Hubert. Zuchar. in l. luti. C. de edicto D. Adrian. nu. 441. Vivius commun. opin. 22. Covarr. in pract. quest. cap. 17. sub n. 7. Anton. Gom. in l. 45. Tauri, sub num. fin. Felicia. de Solis in tract. de censibus lib. 3. cap. 1. sub n. 1. & ferè omnes ceteri Doctores superius pro regula citati, hanc probant doctrinam, Ozasc. decis. Pedem. 25. n. 18. in fin. Joseph. Ludovic. in pract. Perus. 20. n. 19. & 20. Marquestia. tract. de appellat. part. 2. in commiss. appellat. cap. 2. n. 43. fol. 38. & 53. fol. 40. in 1. impress. Menoch. tract. de adisp. cen.

adisp. cen. rem. 4. q. 100. n. 840. idem Marquet. p. 1. de commiss. in poss. salu. mand. de man. & c. cap. 21. l. m. 26. num. 86. fol. 242. in 2. impress. Achil. Perlon. tract. de adisp. cen. num. 346. vers. & quomvis fol. 269. plurimos citat, & sequitur Contard. ubi proxime d. m. 3. n. 5. & l. m. 4. n. 1. Joan. Baptit. Ponta. tract. de spol. l. 4. c. 3. n. 41. vers. verum tom. 14. fol. 305.

68 Hinc est, ut etiam in remedio recuperan. ex cap. reintegranda 3. q. 1. (cum sit remedium inventum, & inducitur à jure canonico) appellationi si non deferatur, vim faciet iudex, quod procedit non solum quando intentatur in foro Ecclesiastico, seu canonico, verum etiam quando intentatur in judicio seculari (quod rectè fieri valet) ita post alios probant Pract. Papiens. in forma libell. in causa spol. possess. in verbo, per nostram diffinitivam n. 3. Nat. consil. 566. lib. 3. & conf. 583. n. 4. & num. 13. vol. 3. Joannes Olden. in tract. de jur. & equitate tit. 12. Bal. conf. 321. ad evidentiam premittendum est, quod aliquando, col. l. 3. idem Bald. in c. querelam. col. 4. vers. sed nunquid de illicito. Ripa in rap. sepè in fin. de restitu. spol. Aleiat. respon. 57. n. 6. Ozasc. dec. 24. in fin. Menoch. de recuper. poss. rem. 15. (ubi latè de materia) à n. 641. reddunt rationem: quia cum hoc sit possessorium remedium juris canonici, quod permittit esse appellatio quoad utrumque, & illud intentans intelligitur cum omnibus suis qualitatibus, inter quæ est ista appellationis permittenda, quia qui aliqua dispositione & privilegio uti valet, debet uti eo cum omnibus suis qualitatibus, luti. §. sed & si prefatum, & §. fin. autem hoc aliquid, vers. cum enim C. de jur. liber. plura similia afferit Neviz. conf. 87. n. 14. quia res semper transit cum sua qualitate, lege cum Germanians C. de transactio.

69 Sed huic propositæ regulæ, & declarationi solet per nonnullos replicari ex Ægudiana constitutione, quæ expressè decium stat, ab omni judicio merè possessorio non licere hodie appellari, sed primam sententiam executioni mandandam appellatione pendente, cujus meminere protinus citandi, & alii plures; cujus quidem nova determinatio multi non indochi subsistunt. Sed respondeo, quod ea non obstante, præposita doctrina, etiam hodie jure canonico procedit, quoniam Ægudiana constitutio est coardata, & limitata ad certas causas, & ad certas personas dumtaxat, Veltius in pract. lib. 7. cap. 3. Cesar. Contard. de Ægudiana q. 1. & seqq. item Ægudiana est localis, lata pro certis locis, & provinciis dumtaxat, ut advertit idem Contard. de Ægudiana quest. 3. à n. 1. Paz in pract. de tenuta c. 12. n. 22. nec Ægudiana habet locum nisi in statu Ecclesiastico Sedi Apostolicæ immediate subiecto, ex Pauli III. provisione, & confirmatione, ut advertit Joan. Baptit. Ponta. de spolio part. 3. cap. 3. n. 42. Moheda. decis. Rotæ divers. 112. in prin. & num. ult. part. 3. lib. 1. & decis. 185. n. 2. part. 3. lib. 2. & decis. 187. l. 3. part. 3. Paz de tenuta, ubi proxime n. 24. intra limites tantum temporalis Ecclesiæ jurisdictionis, Cesar. Contard. ubi proxime quest. 4. n. 8. ad medium, Rot. decis. 112. n. 4. lib. 1. p. 3. divers. nec habet locum inter personas Ecclesiasticas, ut opinatur Orlavian. Velt. in pract. lib. 7. c. 3. n. 4. Hondeides consil. 20. num. 10. l. 2. Christophor. de Paz ubi proxime n. 27. Et ideo commissio super appellatione apposita in Rota,

70 solet dari cum clausula (sine præjudicio legitime executionis, quatenus Ægudianæ locus sit) ut obiter dixit Lanc. de attent. 2. p. cap. 12. l. m. 25. n. 31.

71 Nec obstat text. in cap. fin. 2. quest. 6. ubi Archi. n. 17. quod illo decreto canonico est canonizata l. 1. C. si de molen. & sic etiam jure canonico prohibita intelligitur appellatio in possessorio, quia responderet, quia illud cap. fin. vers. de possess. non est jure canonici, sed sunt verba Gratiani complians decretum, cujus verba non habent vim canonis, ideoque non canonizant. Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de appell. §. in quibus, vers. sexto sub n. 8. Federic. de Senis conf. 76. Domino Auditori

sub n. 1. Men. tract. de adisp. poss. rem. 4. q. 100. n. 842. & 843. fol. 153. & Cont. in l. unica. in 2. ratione decidendi, n. 31. C. si de molen. poss. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 6. men. b. 7. num. 2.

Hanc tamen conclusionem, quod jure Pontificio appellationi non deferens in possessoris remediis iudex vim nullam faciat, ut limites, velim in judiciis possessoris, quæ superius summarissimè dixi, ut in his appellationi nisi iudex Ecclesiasticus deferat, vim faciet manifestam, siquidem non suspendat executionem sententiæ, prout ita in remedio adisp. cen. poss. ex l. fin. C. de edicto D. Adr. dixerunt, ut author hujus opinionis Bald. consil. 141. n. 1. l. 1. idem Bald. consil. 203. lib. 4. & ex cap. ult. §. si quis 2. quest. 6. ubi Archidia. defendit Berouius q. 44. per tot. & ante eos fuit opinio Innocentii, in cap. pastor alius n. 3. vers. ad hoc intelligendum. Salicet. in l. unica. C. si de molen. poss. sue. col. 3. vers. quæ secundo. Menoch. de adisp. cen. rem. 4. q. 101. n. 840. Scaccia de appell. q. 17. limit. 6. memb. 4. n. 31. & membr. 7. n. 12. Zuchar. in d. l. unica. C. de edicto D. Adr. n. 441. Tiraquell. plures referens in tract. le mort saizit. p. 6. declarat. 6. n. 2. Covarr. in pract. quest. cap. 23. num. 8. vers. tertia conclusio. Lanc. Rob. de attent. 2. p. c. 12. l. m. 25. n. 27. Joseph. Luc. dec. 20. n. 20. Menoch. de adisp. cen. poss. rem. 4. à n. 840. cum seqq. Petr. Beneintend. concl. 79. n. 7. in fin. Mart. de jurisd. 4. p. cent. 2. c. 159. n. 19. & 20. Riccius in pract. decis. 2. n. decis. 203. per 1st.

Et rationem reddunt, tum quia, ut supra, diximus, & 78 l. quisquis C. quorum appellat. recip. & l. fin. ff. de appell. recip. testatorum voluntates, & testamenta celeritatem, non dilationem requirunt, quia ideo cum omnes causas, quibus hæc militat ratio, omni jure canonico etiam, appellatio non suspendat, diximus supra hæc lib. 3. c. 1. & alibi passim, nihil mirum est hæc casus illo potius privilegio jure canonico, pro qua opinione est text. in cap. ult. §. si quis 2. q. 6. & etiam quoniam si jus civile testatorum dispositioni prestat, & charitate ductum multum favet, multo plus debet favere Pontificum, juxta text. in cap. cum esset, de testam. ubi Doctores, ut dixit Menoch. supra, alia etiam utitur ratione Covarr. in d. cap. 23. sub d. n. 8. vers. tertia conclusio. nec fuit ferendum Berouius, Beneintend. & Joseph. Ludovic. ubi proxime, putantes appellationem hoc casu esse prohibitam etiam jure civili, quoad utrumque effectum, devolutivum & suspensivum, cum contrarium & rectè communiter supra citati omnes Doctores dicant, & text. in d. cap. ult. §. si quis 2. q. 6. esto quod sit canonizata lex quisquis, C. quorum appellaciones non recipian. generaliter loquentes, & sine distinctione debent intelligi, prout intelligunt eandem legem communiter Doctores, minime admittatur appellatio quoad suspensivum, secus quoad devolutivum, nec jure canonico censenda est immutata dispositio d. l. si quisquis, maxime cum eo jure in possessoris regulariter admittatur quoad utrumque (ut dictum est.) Ita Menoch. latè d. rem. 4. n. 841. & seqq. sursumque, ubi exactè curat probare, illam legem non esse canonizatam, sed esse à Gratiano inter canones relectam, quem vide.

Et ex identitate rationis, scilicet celeritatis, limitatè ulterius præstatam conclusionem; ut scilicet jure etiam canonico appellationi sit deferendum à sententia lata in illis summarissimis judiciis possessoris preparatoriorum ordinariis possessorii, ex judicis officio, juxta l. equissimum, ff. de usufruct. de quibus supra ad princ. cap. quoniam sunt remedia extraordinaria, & inducitur pro evitandis scandalis, & rixis ex imminenti periculo inter litigantes, certantes possidere, quæ ratio multo fortius jure canonico impedit appellationem, & in specie ita scribit Beneintend. conf. 79. n. 6. in fin. plures adducit rationes Menoch. de retinend. poss. rem. 6. n. 49. Contard. in d. l. unica limit. 3. n. 48. & fin. Joseph. Ludovic. in decis. Perus. 20. n. 11. part. 1. Lancelot. tract. de attent. 2. p. c. 12. P p 4 l. m. 25.



lim. 25. num. 26. Scaccia de appellat. q. 17. lim. 6. membr. 1. num. 4.

81 Idem etiam arbitror esse dicendum jure canonico, ac jure civili (secundum quae supra probavi) appellatio non esse deferendum interpositae a sententia lata in remedio illo saluberrimo, ex Salviano interdicto, nam cum in eo diximus, summarie agi, & nec admitti exceptiones altiorum indaginem requirentes, & alias specialitates, ita nec jure canonico admittendam appellationem quoad devolutivum, quod ita invenio Rotam determinasse 14. Octobris 1568. quae est decisio inter collectas per Caputaq. 222. incipit Aeguidiana, cujus etiam meminit Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. lim. 25. num. 10. ita etiam terminavit Rot. teste Seraphino decis. 10143. 2. tom. ubi late persequitur, in quibus quidem determinavit, appellatio in Salviano interdicto emissa non esse deferendum.

82 Praefatam autem conclusionem, ut in possessoris non appelleretur, declarata, ut procedat, & locum habeat in terminis, de quibus loquitur, scilicet, in causis merè possessoriis, ut secus sit, quando possessoria causa est mixta, scilicet cum petitorio, quoniam tunc ratione mixturae à tota sententia admittitur appellatio, ut est videre in remedio recuper. ex l. si quis in tantum, C. unde vi, ut in unum plures allegem videndum Menoch. de recuper. poss. rem. 9. à num. 316. Anton. Gom. in l. 45. Tauri sub n. 194. post prin. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. lim. 25. n. 14. Maranta de ord. judic. 6. p. tit. de appell. n. 303. per rationem autem summam cum diligentia explicamus supra lib. 2. c. 7. à n. 88. cum seqq. ut scilicet, quando causa petitorii simul tractatur cum possessorio, vel ex natura causae, vel aliter ex oppositione, & permissione partis tacite, ut expressè, & super utroque lata est sententia, cum petitorium ut potentius, & magis dignum praeronderet, supprimat & absorbeat possessorium, tanquam minus principale, & sic appellatio in totum sententiae executionem impedire debet, ita ut hoc casu qualitas affirmativa praevaleat negativae, de cujus rationis iustitia, & comprobatione ibi in d. cap. 7. nu. 88. cum pluribus seqq. in 2. distinctionis membro, exactissime poteris videre, ubi pariter multa ad propositum adnotatione dignissima, quae consulto non repeto.

83 licet, quando causa petitorii simul tractatur cum possessorio, vel ex natura causae, vel aliter ex oppositione, & permissione partis tacite, ut expressè, & super utroque lata est sententia, cum petitorium ut potentius, & magis dignum praeronderet, supprimat & absorbeat possessorium, tanquam minus principale, & sic appellatio in totum sententiae executionem impedire debet, ita ut hoc casu qualitas affirmativa praevaleat negativae, de cujus rationis iustitia, & comprobatione ibi in d. cap. 7. nu. 88. cum pluribus seqq. in 2. distinctionis membro, exactissime poteris videre, ubi pariter multa ad propositum adnotatione dignissima, quae consulto non repeto.

84 Quo loco plurimos Doctores adduxi tractantes de hac mixtura possessorii, & petitorii, varia exempla, constituentes, an & quando mixtura dici potest, ut in eo casu appellatio permittitur à tota sententia, ex rationis specialitate, quae inter possessorium & petitorium viget, cujus causa hanc mixturam pro limitatione apponimus ad distinctam conclusionem universaliter appositam supra d. c. 7. ubi tractavimus an à sententia habente adversam qualitatem prohibivam, & permissivam appellations; sit admittenda appellatio in totum, necne: quare ad praedictos Doctores potes pro materia recurrere, & ultra illos vide etiam Christoph. de Paz in tractatu de tenu. cap. 13. & à num. 612. & 61. cum seqq. Mer. de majorat. 3. p. quæst. 34. à n. 53. & seqq. in noviori impressione. Marscot. variar. resolut. lib. 2. cap. 75. à n. 43. & supra fol. 138. Giurb. decis. 101. per 101. Et adverte, ne decipiaris, quia aliquando Doctores generaliter loquuntur, quod à sententia mixturae datur à tota appellatio, quia illos debes intelligere de hac mixtura possessorii & petitorii, quae propria est mixtura, quid autem (extra hunc casum) in sententia, qua diversitas qualitatum reperitur complicata, sit dicendum, vide quae diximus dist. lib. 7. cap. 2. per totum, ubi late.

85 Hinc est, ut etiam in judicio ad exhibendum, si propter non exhibitionem reus fuisset ad interesse condemnatus, datur appellatio ad hujusmodi condemnationem interesse. Bar. in l. 2. column. 2. num. 55. ff. de appellat. recip. Bal. in l. unica sub num. 15. C. si de momen. poss.

& ibi Caesar Contard. in lim. 14. n. 20. & 24. Joan. de Ami. consil. 147. super dubio n. 3. ibi, item in actione. Nicel. in 12. ad. de concor. gloss. concor. 6. fall. 6. moer. 13. sub n. 27. Ozale. decis. 25. n. 11. & post Specul. tit. de appell. §. in quibus n. 12. Cont. d. l. unic. oppo. 4. n. 2. 4. & 5. Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 695. vers. 24. in fin.

Et loquendo generaliter in omni judicio possessorio, 87 in quo sit condemnatio interesse propter non facultatem rei restituendae, Scac. de appell. q. 17. lim. 6. membr. 9. num. 22. & memb. 8. n. 19. & melius memb. 5. sub num. 1. & memb. 4. n. 128. & memb. 6. à n. 5. & seqq. vide in optimo casu per Aloyf Riccio in prax. dec. 2. p. decis. 200. & de ratione hujus doctrinae vide quae latius dixi supra lib. 2. d. cap. 7. à num. 132. cum pluribus seqq. quibus & hac adde.

Quid autem sit dicendum in possessorio super juris-88 dictionalibus, & alijs, quibus debet justificari possessio cum titulo, an admittatur appellatio suspensiva, vide quae late Scaccia de appell. q. 17. lim. 6. membr. 9. à n. 85. & à 52. & latius art. 109. Mer. de major. 3. p. quæst. 24. à n. 56. & supra, quos vide, quia dissentiant in resolutione, praecipue Scaccia.

Et ex eadem ratione idem est respondendum in re-89 medio retinere. poss. ex interdicto de aqua quotidiana, & alia, de qua late per Menoch. de reu. poss. rem. 6. per totum, nam à sententia in eo lata nisi iudex deferat, vim facit, quia legitima, habet enim hoc interdictum admixtam causam proprietatis, l. 1. §. ult. ff. de aqua quotid. & aestiva. ita per Bal. in l. unica. column. 2. vers. quarta quid sit, C. si de momen. poss. fuer. appell. & Alber. in l. 1. ul. n. 3. C. qui leg. pers. habent. ubi etiam dicit, quod 90 quando possessorium habet admixtam causam proprietatis, locum non habet dispositio illius l. fin. quam vide, sequitur in terminis Menoch. loco proxime citato n. 164. & seqq.

Et ex identitate rationis repetendum idem est in re 91 medio possessorio adipiscendae ex l. fin. C. de edicto D. Adr. quando possessio conventus asserit se pariter haerem scriptum in testamento solemnium, atque ita parem titulum ostendit, quia tunc à sententia contra se lata, appellatio emissa iudex si non desert, vim facit, quia licita est quoad utrumque, ita censuit Anton. Nicell. in tractatu de concord. gloss. in concord. 1. num. 28. motus Baldi responso in cons. 281. lib. 3. alijs consil. 141. praemisit verbis lib. 1. idem Bal. in l. unica num. 4. vers. 4. nos dicimus, C. si de momen. poss. fuer. appell. post Innocentium ab eo citatum, & Baldi consilium intelligit & declarat Menoch. de adipiscen. rem. 4. n. 861. cum seqq. quando fuisset probabilis dubitatio, quae eorum esse 92 haeres, quia tunc necesse est ingredi iudicium petitorium, atque ita probare se haerem, cum ergo eo in casu fuit disputatio petitorii admixta, iudex iureque à lata sententia appellari potuit, prout Bal. in d. consil. 141. refert in additio. Capella Tholof. quæst. ult. n. 2. vers. item nisi fuerit, hujus articuli iustissime declarat casus, quibus procedit, Menoch. ubi proxime à num. 856. cum seqq. ubi num. 862. adducit in omnibus possessorijs; quod si exceptio respiciens proprietatem, quae re 93 pelli poterat; fuit admixta, est super ea cognoscendum, ex his, quos ipse de recuper. rem. quæst. 15. ac ideo cum à tali iudicio emittatur appellatio cum sit à sententia lata in possessorio mixto operabitur effectum suspensivum, ex praefatis Doctoribus, & ex Bald. consil. 367. l. 1. ff. consil. 187. l. 2. Ozaleus dec. Pedemont. 25. col. ult. vers. item quando lata. Enimvero ubi possessorium 94 habet admixtam causam proprietatis, non dicitur momentaneum, Alber. in l. ult. n. 3. C. qui leg. pers. habent. san. nec statuta dispositiva circa possessorium, merum 95 intelligitur, nec extenditur ad possessorium mixtum, ita Menoch. in tract. de retinere. poss. rem. 5. n. 97. & rem. 6. num. 166.

Et hac ratione attempta idem dixere nonnulli circa 96 reme.

Et hac ratione attempta idem dixere nonnulli circa reme.

remedium adipisci ex Salviano interdicto, non quod sui natura habeat admixtam causam proprietatis, (quia ut supra diximus) merum possessorium est, sed quando sic contingit, ut aliqua cum causa petitoria respicienda simul tractetur, quia tunc appellatio esse deferendum, respondet Sarmi. de redd. Eccles. cap. 2. n. 27. ex Baldi consil. 141. praemisit verbis lib. 1. quae doctrina quando in hoc interdicto verificari possit, locum habeat, & vera sit, vide omnino Menoch. de adipisc. rem. 3. à n. 187. cum multis sequentibus.

97 Quid autem sit dicendum, quando in sententia possessorii pariter sit condemnatio fructuum damni, aut interesse, latissime, & accurate examinavimus supra lib. 2. cap. 7. à num. 56. in secundo membro distinctionis, ubi alia etiam videbis, & de pluribus alijs generalibus limitationibus huic conclusioni, & regulae possessorii vide Anton. Gomez in d. l. 45. Tauri num. fin. Maran. in Specul. 6. p. tit. de appell. à num. 294. cum sequentibus. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. lim. 25. Menoch. de adipisc. rem. 4. à n. 826. & alibi passim per Doctores superius relatos.

Unum tamen ad praemissa necessarium non omitto. 98 Quod quamvis in iudicio possessorio passum sit agi de proprietate, simul atque mixtum tractetur: si tamen super possessione dumtaxat, & non super proprietate sententia lata fuerit, appellatio non deferens vim non facit, quia hujusmodi appellatio nec suspendit, nec hoc casu impedit executionem praedictae sententiae, ita determinavit Rota decis. 273. n. 1. & 2. p. 1. divers. & decis. 340. n. 8. p. 2. Decius consil. 28. per totum. Corraf. consil. 70. num. 3. lib. 3. Caesar. Contar. in l. unica. C. si de momen. poss. fuer. lim. 2. ratione mixturae §. 3. num. 13. Christoph. de Paz in tractatu de tenu. cap. 13. num. 62. itaque nos loquimur in dictis casibus, quando simul terminatur possessorium, & petitorium, vel simul utraque sententia concurrat.

Pariter & supradictam nostram regulam intellige, 99 quando agitur de iudicio meri possessorii, secus autem quando de possessorio tractatur per viam contractus, ut puta quando quis promittit fundum, domum, aliamve speciem alicui, quoniam à condemnato ob illum contractum appellatio emissa deferendum est, ut probat Bal. in consil. 210. in fin. vol. 5. Maran. de ord. judic. 6. p. tit. de appell. num. 305. nisi ad eisdem speciei possessionem agatur mediante instrumentum quarentiatio, quoniam aliter est dicendum, dicemus (Deo dante) infra lib. 4. interim videndum Parla. lib. 1. verum quot. c. 10. Amador. Rodrig. de executio. c. 5. n. 24. vers. cujus executioni, & vers. seqq. & superius à n. 21.

Et quod quando agitur ad possessionem principaliter, 100 & immediate vigore contractus, possit appellari, probat idem Bald. in l. unica. col. 10. vers. & nota ubi §. si quis promittit, C. si de momen. poss. dicens quod si quis promittit mihi tradere nudam possessionem, & iudex sententiat, eam mihi tradi: potest condemnatus, & obligatus appellare, quia nullum sperest ei petitorium contra pactum, idem (inquit) est si possessorem in 101 stipulatione deducit sit, & idem si quis petat se investiri de feudo, quia agit ex contractu: idem quod Bar. tenent Nicell. tract. de concor. gloss. 6. fall. 6. mod. 6. sub num. 226. fol. 191. Ozale. decis. Pedemont. 25. sub n. 11. Marquel. tractatu de commiss. p. 2. in commiss. appell. c. 2. n. 49. fol. 39. Caesar. Contar. in l. unica. lim. 1. num. 70. vers. aliud exemplum, & late lim. 14. n. 1. & seqq. C. si de momen. poss. Rot. decis. 356. n. 8. p. 1. divers. & alios citat Scac-

102 cia de appell. q. 17. lim. 6. membr. 9. à n. 78. ubi quod idem est in condemnato ad liberè dimittendum possessionem, ut possit appellare, quia continet mixturam, de quo per eum n. 20. & d. Rote decisio.

103 Et juxta haec nota unam elegantem Rotae decisionem 877. in collect. noviss. per Farin. 2. p. Fuit tentum, quod stante pacto transactioni appposito, quod desi-

cientie fratre Francisco in solutione, liceret monasterio Carthusiensi Pinarum propria autoritate possessionem domus recipere, possessio in vim pacti capta, non aliter obtenta sententia declaratoria, fuit valida, Calliad. decis. 7. n. 1. de loca. Clarus in verb. emphyteu. q. 11. & 26. cum relatis per Asinium in pract. §. 7. lim. 48. n. 3. nec 107 referre, quod iudicem adiverit, quia cum possit propria autoritate hoc facere, potuit etiam ex urbanitate petere à iudice licentiam ingrediendi, & satis est, quod hujusmodi ratione praeservaverit sui monasterii, Alexand. consil. 131. n. 3. lib. 4. Afflid. decis. 226. & decis. 460. ff. in l. 2. n. 113. C. de iure emphyt. Moder. de attent. 2. p. c. 4. amplia. 1. n. 2. & 4. minus etiam caducitate, quod possessio capta fuerit pendente termino ad appellandum; nam cum ad possessionem non fuerit actum ex contractu, sed vigore clausulae constituti, & clausula quod possit capi possessio propria autoritate; non erat locus appellations. Contard. in l. unica lim. 24. n. 7. C. si de momen. poss. fuer. appell. & in consequenti pendente termini, vel appellatio interposita non poterat impedire illius executionem. Barb. consil. 10. n. 1. lib. 3. Guid. Pap. cons. 219. n. 7. Roland. à Valle consil. 77. num. 20. lib. 2. tanto magis 108 quod licet fuerit actum ad caducitatem, illa tamen fuit incidenter, non autem principaliter deducta, quo casu denegatur appellatio, juxta tradita per Decium consil. 28. Contar. d. l. unic. q. 15. Haecenus de dicta decisione.

Et quod dicitur in d. Rote decisione, quod quando 109 agitur ad possessionem non vigore contractus principaliter, sed vigore clausulae constituti in ea appositae, ut non sit licita appellatio, tenet Paul. Castren. consil. 43. videtur lib. 1. n. 4. quia tunc debitor nolens tradere possessionem, videtur spoliarie, Scaccia de appell. q. 17. lim. 6. mem. 9. à n. 80. qui num. 79. post Bald. ubi supra, & Contard. in d. l. unica, lim. 14. n. 2. & num. 4. in fi. quod filio petente investituram feudi per utile interdictum quorum bonorum, non dabitur appellatio.

Quod etiam procedit, quia si immediate actum est 110 non ex ipso contractu, sed aliquo interdicto possessorio licet accessorie, seu in consequentiam deducatur contractus, & eius validitas, non datur appellatio, Contard. late in l. unica lim. 14. n. 3. & vide à n. 1. cum seqq. & Scaccia d. lim. 6. membr. 9. à n. 81. quod comprobatur ex 111 eo, quod ipse late à n. 110. ubi quod offendens titulum ad consequendam possessionem petitam, non dicitur agere possessorio mixto.

Aliud etiam potest reddi exemplum, quando scilicet 112 sententia habet complicatam causam falsitatis, quia tunc etiam appellatio admittitur, suspenditque etiam bonorum possessionem secundam tabulas, text. in l. 1. & ibi Bal. & Salicet. C. de bonorum poss. secundam tabul. Bal. in l. post sententiam n. 6. C. de sentent. & interloc. omni. Nicel. de concor. gl. concor. 6. fall. 6. sub n. 26. modera. 3. fol. 191. Rota decis. 323. n. 1. p. 1. divers. Domini dixerunt, & c. de quo & de ratione vide Scacciam ubi proxime n. 84. & seqq.

Ac denique tunc admittitur appellatio à sententia 113 lata in possessorio iudicio, quando scilicet gravamen ex ea illatum non potest reparari iudicio petitorio, puta quia condemnato iudicio possessorio, ad possessionis & rei restitutionem, nulla competit actio in re, sed ejus retentionem dumtaxat, & juxta eam text. in l. qui exceptionem, §. si pars, ff. de conditione indebiti, ubi Cuman. n. 27. & juxta l. si in arca, ff. de consilio in debiti. Bal. in l. uni. n. 7. vers. quare quid si non agitur possessorio, C. si de momen. poss. fuer. appell. ubi ait, quod quando iudicium 114 possessorium movetur contra detentorem, ut puta commodatarium, si contra eum fertur sententia, poterit ille appellare; rationem reddit, quia non potest commodatarius petitorium movere, atque pariter nec ei illatum damnum reparari. Bald. in l. 2. n. 22. C. de Episcop. audi. Bar. in lib. 2. n. 3. ff. de appell. recip. Castren. consil. 46. col.



col. 2. verb. pro hoc fallit, lib. 1. Decius in l. 1. col. 3. vers. secundo quando, C. de bon. poss. secundum tab. Anton. Nicol. in tractatu de concur. gloss. concord. 1. a num. 31. Ozaf. decif. Fedemont. 25. n. 1. Menoch. de adipsen. rem. 4. a num. 803. ubi probat, hoc casu etiam exceptionem dominii, atque ita impedire possessorium. Et ultra praedictos hanc nostram doctrinam, & limitationem probant Cardin. in cap. cum ad sedem, ad fin. ubi Abb. num. 39. Petr. Grass. num. 125. de restitutione spoli. Capic. decif. 34. num. 5. Stephan. Aufrer. in addis. ad decisionem ult. Capell. Tholos. num. 3. Rebuff. ad ll. Galli. tract. de liter. execut. art. 9. gloss. 5. n. 10. cum seqq. & art. 10. gl. 1. num. 8. Maran. de ord. judic. 6. part. de appell. num. 299. Duen. regul. 50. num. fin. Matefilla in d. l. unica num. 2. & 7. de quo etiam late Christophor. de Paz tract. de tenu. c. 12. a num. 31. cum seqq. late etiam prosequitur hanc doctrinam, & limitationem post Casarem Contar. & alios, Scaccia de appell. q. 17. limit. 6. memb. 8. per totum, ubi ejus varia reddit exempla omnino videnda; & Paz etiam modo citato loco.

118 Sed pro coronide hujus capituli illud annexere libet, valde utile circa illa remedia possessoria summarissima, quorum ad principium meminimus ex officio iudicis inducendum, juxta lequissimum ff. de usufruct. quae sunt preparatoria ad possessoria ordinaria, quaeque (ut diximus) durant solum usquequo lata sit sententia in ipso possessorio ordinario, ut scribit Neviz. consil. 30. num. 7. Beneiten. concl. 79. num. 4. tanquam preparatorium, ex lib. 1. §. ult. ff. de liberali causa, & revocatur nunc in dubium, quid si lata sententia super possessorio ordinario contra eum, pro quo in summarissimo fuit pronuntiatum, & interlocutum; fuerit appellatum, aut supplicatum, an ei adhuc proderit ea interlocutio, & an adhuc durare dicatur appellatio, aut supplicatio pendente à possessorio ordinario; in quo respondeo, quod cum hujusmodi interlocutoria dumtaxat durat, usquequo lata sit definitiva in possessorio ordinario, ex Doctoribus citatis, non obstante appellatioe pariter exequi debet (ut haecenus dictum est) sequitur; ut illa prior interlocutoria finem tunc habeat, quando definitiva effectum sortitur, ut optimè & eleganter consideravit Menoch. de retinen. pess. rem. ult. num. 50. & 60. & sic exequenda erit sententia definitiva lata in ordinario possessorio, nec interlocutoria impedimento esse debet, nec potest privilegium diffinitivae hanc auferre.

120 Et obiter adverte, quod (sicut superius dictum est) possessio datur heredi instituto, vigore l. fin. C. de edicto divi Adri. non obstante appellatioe favore testatoris, multo magis deneganda est ipsa appellatio à sententia seu pronuntiatione de aperiendo testamentum, ut probat text. in l. fin. ff. de appellat. recip. & in l. qui quis 6. & ibi B. Bal. Salicet. & Paul. de Cast. quorum appell. non recip. quam legem Gratianus posuit in cap. ult. vers. si quis etiam ausus fuerit 2. q. 6. Innocent. in cap. Pastoral. num. 3. vers. ad hoc ita de off. deleg. Archidiacon. in d. c. fin. num. 16. 2. q. 6. Specul. tit. de appellat. §. in quibus n. 10. vers. 8. lib. 2. Maran. in Specul. p. 6. art. 2. prin. in verbo & quandoque appellatur limit. 19. num. 222. fol. 505. Rebuff. tract. de appell. gloss. uni. art. 9. n. 10. tom. 3. Menoch. tract. de adips. poss. rem. q. n. 7. fol. 23. Et est ratio, quia apertura testamenti celeritatem requirit, ex d. l. fin.

121 Et iterum à decreto sive iudicis mandato executivo relaxatio de evacuando, vel (ut dicitur) de tractando appellatioe ei deferri, quia caret suspensivo, tenent citandi DD. eo quod sit causa summaria & privilegiata, celeritatem desiderans. Grammaticus decif. 53. num. 15. & seqq. Casar. Contard. in l. unica n. 4. C. si de mom. poss. Alex. in l. 1. num. 52. ubi lll. num. 45. vers. quartò adde ff. saluto matri. & post eundem Contard. q. 20. num. 2. vers. contrarium & num. 3. & Bald. in eadem l. unica num. 1. dixit Scaccia de appell. q. 17. limit. 6. memb. 2. num. 36. & idem

lib. 1. causa civ. lib. 1. causa civ. & crim. c. 5. a num. 53. cum seqq. latius Marchesa. tract. de commiss. 1. p. c. 20. per totum in secunda impressio. fol. 217. qui num. 2. advertit quod licet aliqui ex iis DD. loquantur de fabro prope domum scholaris seu Doctoris maleante, tamen ipse cum Grammatico idem firmat in iniquissimo, & conductore, de quo latius per eum erit videndum ibi.

CAPUT XIII.

A sententia lata à iudice, ut bono viro arbitrante, vel arbitrio juris, vel in iis, quae iudicis arbitrio regulato, vel etiam libero, relinquuntur, seu etiam conscientia, potestati, ejusque mero officio; appellatioe interpositae non deferens vim an faciat; ubi etiam quid ab actibus, & sententiis negativis.

SUMMARIUM.

- 1 Reduccionis sententia lata à iudice, ut bono viro appellatioe non esse deferendum, qui teneant.
2 Sententia reduccionis licet admittat appellatioe, an nihilominus ea pendente sit exequenda.
3 Reduccionis sententiam admittit appellatioe suspensivam, qui cum Baldo subscripserint.
4 Covarruvias perplexus & variis redditur, in resolutione hujus articuli.
5 Baldo distinctio refertur.
6 Reduccionis iudice confirmante arbitramentum non licere appellari, secus ab eo illud infirmante, qui teneant, recensentur.
7 Appellatioe esse licitam à iudice adito per viam reduccionis, ut bono viro, ut magis communis & aequior opinio resolvitur.
8 Quae procedit sive ipse iudex moderetur, sive confirmet, vel infirmet arbitramentum, ibid.
9 Et hac opinio maxime procedit si sententia feratur ad favorem ejus, qui petit reduccionem.
10 Reduccionis sententia an admittat appellatioe jure Regio remittitur.
11 Laudi executio non est facienda pendente reduccionem ad iudicem ut bonum virum, ut verior opinio resolvitur, & quot sit in hoc articulo.
12 Jure Regio hac opinio innovata est.
13 Laudi executio sit, si sit inter partes conventio. Vel si sit ab aliquo statuto sic inducitur, ibid. Et de aliis limitationibus, remittitur.
14 Reductio arbitramenti si petatur post illius arbitramenti executionem, illam non revocat, nec impedit.
15 Ab arbitratoribus & eorum arbitramentum non licet regulariter appellare, sed reduccio peti ad arbitrium boni viri.
16 Reductio ad arbitrium boni viri intra decem dies debet peti jure regio.
17 Reductio an etiam jure communi debet peti intra decem dies.
18 Reductio coram quo iudice sit petenda, & de variis opinionibus remittitur.
19 Reductio debet peti intra decem dies etiam jure canonico.
20 Arbitri sententia an sit exequenda non obstante appellatioe, & seqq.
21 Arbitri sententia quando omologatur tacite vel expressè.
22 Ab actu quem quis approbavit, non potest appellari.
23 Appellari quando possit ab arbitri sententia, qui pro materia videnda.
24 Arbitri sententia etiam pacto nudo facto compromisso jure canonico recipit appellatioe, & de ratione.

- 25 Ab arbitri juris electio scilicet, super recusatione, aut competentia inter iudices Eccles. appellari, an liceat.
26 Arbitri juris habent jurisdictionem à lege, & coram illis cogitur partes litigare, sicut coram iudice.
27 Arbitri juris habent à lege jurisdictionem tertiam speciem equiparatam delegata.
28 Arbitri juris licet appellare, quemadmodum & ab alio iudice, ibid.
29 A iudice habente arbitrium à lege, homine seu statuto, appellari licere, qui teneant.
30 A iudice cuius arbitrio aliquid committitur sive in civilibus, sive in criminalibus, qui teneant.
31 Iudex in arbitrii argui non potest, quia tunc Deum iudicem rei arbitrio cogitorem habet.
32 A iudice cuius arbitrio aliquid relinquuntur, non licet appellari in parvis & levibus, secus in gravibus, in quibus quis nonmittere laesus est.
33 In arbitrii iuris super re magna quemadmodum enormiter laesus iudicetur.
34 A iudice habente liberum arbitrium, seu absolutum à lege, seu statuto, vel homine, non licet appellari.
35 Liberum arbitrium ex quibus verbis, & clausulis datum iudici intelligatur, remittitur.
36 Clausula & verba, quibus arbitrium regulam seu boni viri, iudici datum sit remittitur.
37 A iudice cuius conscientia aliquid terminandum, seu faciendum committitur appellatioe non deferretur.
38 Conscientia ubi sit onerata iudice sive jure, sive forma commissioe prescripta, appellatioe nec suspendit, nec impedit executionem.
39 A iudice, cuius conscientia aliquid committitur, appellatioe est prohibita quoad suspensivum effectum dumtaxat.
40 Conscientia solus Deus superior est, & ideo ad alium ut inferiorem appellari non debet.
41 & 47 Conscientia iudicis ubi non est onerata simpliciter, sed aliquid simul sit appositum respiciens iustitiam, appellatioe non est prohibita.
42 Appellari non potest ab aliquo, cuius conscientia aliquid declarandum committitur, quando declarationem iuramento firmavit, quod procedit non in iudicio.
43 Dico alicuius ubi sit standum ex quacumque dispositione, intelligitur jurato, non aliter.
44 Dico alicuius promittens stare, intelligitur jurato, non aliter.
45 Citare non debet aliquem iudex cuius conscientia aliquid iudicandum est commissum.
46 De materia quando aliquid conscientia alicuius committitur, remittitur.
47 & 47 Conscientia cui aliquid terminandum committitur, debet esse cum iudicio discretionis.
48 Potestati iudicis quando aliquid relinquuntur, id non subicitur iudicis necessitati.
49 A iudice cuius facultati & potestati aliquid faciendum relinquuntur non licet appellari.
50 Iudex si ex statuto potest aliquem carceratum sub fideiussoribus relaxare, si non fecerit, non appellatur, Declara ut ibi.
51 A iudice facultatem dispensandi habente, & id negante, non licet appellare.
52 Delegatus meram habet facultatem revocandi jurisdictionem delegatam.
53 Appellatio non admittitur ab avocatione jurisdictionis facta per delegatum superiorem.
54 Quod procedit sive avocatione fiat sine causa, aut cum ea, aut cum levi, quia non licet appellari.
55 A iudice denegante id quod facere potest ex suo mero officio appellari non valet.
56 A iudicio non suspente de facto cum potest, nec latis, nec licet appellare.
57 Officio iudicis mercenario quod potest exercere motu proprio, quando aliquid committitur, ab illud negante non appellatur.

- 58 Secus de officio iudicis nobili, quod deseruit alicui proposita & de utriusque exemplis.
59 Appellari non potest à iudice suum officium non interponente, quando pars interponendum non petiit.
60 Procurator imbabilem si iudex non repellat, licet possit ex officio non licet appellari per partem non petentem.
61 Ab iniusta denegatione officii implorati licet appell.
62 A iudice negante id cuius facultati relinquuntur, non appellatur, sicut quando concedit, sed ex eo pars ladata, quia tunc appellatur.
63 Iudex cuius facultati & voluntati aliquid committitur sicut cogi non potest per superiorem, ita nec appellatur ab illo.
64 A iudice faciente quod facere, precise cogi & compelli poterit, non appellatur.
65 A iudice obtemperante literas requisitorias, & permitte executionem, cum illis obtemperare teneatur, non appellatur.
66 A iudice nolente adimplere iustas requisitorias, cum possit per superiorem compelli, potest appellari.
67 Ab ordinario recusante sine causa institutione praesentatum, vel confirmare electum, appellari licet, vel etiam superiorem adire per viam recursus.
68 Ab ordinario negante licentiam iustam Reclori, vel alteri beneficiato, licita est appellatio.
69 A iudicis tarditate in ministrando iustitiam, vel illam negante licet appellare.
70 Tarditas & negligentia iudicis in ministrando iustitiam arguitur ex trina monitione.
71 Iudex negligens, à quo appellatum est, non potest revocando gravamen reuimere jurisdictionem.
72 Ob negligentiam, & tarditatem iudicis superior adire potest per viam querela.
73 Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. explanatur in illis verbis, nisi Episcopus prius requisitus, eoque negligente procedat, &c.
74 Error dicentium appellari non posse ab actibus & sententiis negativis damnatur, & eorum falsa fundamenta.
75 Attentatum non adest, ergo non adest violentia recursus, non est bonum argumentum.
76 Delatio negata iustae appellatioe sufficit ad recursum regium postulandum, cum sit pars & principium violentiae, ex qua animi deliberatio ad illam inferendam detegitur.
77 Ab actibus & sententiis negativis sive diffinitivis, sive interlocutoriis appellatioe deferendum, si sit legitima, ubi plura exempla recensentur.
78 Appellatioe ab actu negativo si iudex deferre non teneretur, licet possit ulterius procedere, cum teneat jurisdictionem.
79 Appellari ubi non licet, iudex licite potest ad ulteriora procedere appellatioe non obstante.
80 Argumentum validum est, appellatioe non suspendit, ergo iudex procedens non attentat. Sicut è converso, ibidem.
81 Iudex deferens appellatioe minime deferenda, abdicat à se omnem jurisdictionem, & ultra valide nequit procedere.
82 Sententia negativa trahit secum executionem à iure, nec iudice cum jus hoc illi privilegium attribuat, quando legitima fiat appellatio.
83 Sententia etiam secum executionem trahentis effectum suspendit appellatioe legitima.
84 Iudex non deferens appellatioe legitime virtute regii decreti, aut aliis in proxima est causa attentandi, & vim inferendi.
85 Iudex si à denegante admittendam meam probationem, vel instrumenta non admittatur appellatioe virtute decreti Regii, poterit ad sententiam diffinitivam procedere.
86 Ab actibus & sententiis negativis appellatioe legitime, si vim adest declaratur, & potius videretur auxilium violentiis praestare.
87 Redduntur exempla, & supra,